



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Galeoti Martii Narniensis De Homine Libri Dvo

Galeottus <Martius>


Basileae, 1517

Latera

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31834**

alibi tenuiore humana cute. ideoq; scalpendi dulcedine ibi  
 proxima. In istis quas diximus alas uocari, cōcipitur aut ex  
 sudore, aut immunditijs odor ille hircinus, quem nonnulli  
**Hircinus** odor. Hircinus de gente hircosa centurionum.  
**Hircosi.** Et Catullus more suo mordens de Ruffo sic,  
 Lædit te quædam mala fabula qua tibi fertur  
 Valle sub alarum trux habitare caper.  
 Ala autē axillam, sicut mala maxillam facit. Et in hac parte  
**Titillatio** est titillatio a uerbo titillo. Horatius secundo sermonum,  
**Titillo.** Præterea neruos titillet gloria iure  
 Iurando obstringam.

• LATERA •

**Latera.**  **L**ATERA alas sunt latera quæ costis terminant,  
 & a dextra & sinistra. Vnde in euangelio legi-  
 mus, Miles lancea latus eius aperuit. Iuuenalis,  
 Præterea lateris uigili cum febre dolorem  
 Si cœpere pati missum ad sua corpora morbum  
 Infesto cœdunt a numine.  
**Pleuresis** Est autē huiusmodi morbus quē pleuresim nuncupant. Sed  
 latus multis de rebus dicitur. Vergilius primo Aeneidos,  
 Impulit in latus, ac uenti uelut agmine facto  
 Qua data porta ruunt. Iuuenalis,  
 Curatoris eget qui nauem mercibus implet  
 Ad summum latus. Idem,  
 Nec frustum Capræ subducere, nec latus Afræ  
 Nouit auis.  
 Sed latera attollit deprimiq; respiratio. Hinc est q; orator  
 laudatur

laudatur qui bonis egit lateribus. Cicero in Catone maiore, cum ego quinque & quadraginta natus legē Voconiani uoce magna & bonis lateribus suasifsem. Bolus, Bolero, & Latus latero uerbum faciunt, Prisciano teste. Latera subiacent leoni. Latera. subiacent leoni.

Lateruni regnum scapulæque leonis.

## ILIA



**I**LIA sequuntur latus, dicunturque (ut ait Festus) ab ina, quæ est pars chartæ tenuissima. nam circa ilia tenuior sine dubio cutis est. Ilium terminos sic præfinit Cornelius Celsus quarto libro, Ilia inter coxas & pubem, in imo uentre posita sunt. Sed hoc de ilibus interioribus intelligitur, quæ sunt arteriæ quædam. Plinius undecimo naturalis historiæ, inter eas & alium arteriæ ad pubem tendentes, quæ ilia appellantur. Sed exteriora ilia latius parent. nam ea pars quæ maxime respiratio-  
Ilia.

ne in lateribus concutitur, hoc nomine comprehenditur. Horatius primo epistolarum,

Solue senescentem mature sanus equum ne  
Peccet ad extremum ridendus & ilia ducat. Iuuenalis,  
Vis frater ab ipsis Ilibus. Persius. Ilia subter  
Cæcum uulnus habes, sed lato balteus auro  
Protegit.

Hæc enim tanto inflantur spiritu, ut sæpe crepent. Vergilius in Buccolico,

Rumpantur ut ilia Codro.

Qui enim inuidet cõticescunt mœrore, spiritumque cõprimunt.  
Vnde fit ut homines plerumque crepent. Martialis,

Rumpatur